

tes Prudentia: scilicet memoria in recordatione prateritorum, intelligentia in ordinatione presentium, & providentia in provisione futurorum. De quibus Deut. 32. 29. utram sapere, scilicet praterita, & intelligere presentia, ac novissima prouident, id est, futura. Secundo Iustitiam: cuius est, communitatem serbare sine personarum acceptione. Hanc communitatem Iustitiam Tempus precipue seruat: quia nihil est eo communius; & omnibus xqualiter est commune. Tercio: Fortitudinem: pertinet enim ad virum fortem; non otio vel ignavia, torpescere; nec propter aliquam difficultatem ab opere virtutis desistere: sed, si aliquando remitti contingat, continuo reviviscere. Quae omnia Tempus docet: nunquam enim quiescit; sed continuo cursum peragat. Quarto: Temperantiam; quae maxime necessaria est ad conservationem sanitatis, & gratiae spiritualis. Sicut moderato tempore in suis qualitatibus corpori nihil salubrius. Idem l. 1. c. 84.

Alia.

Dens iudex iustus, fortis, & pater. Pl. 7. 12. Nota, quod in hoc versu in Christo offenduntur esse quatuor virtutes Cardinales: Prudentia per hoc, quod dicitur iudex: ad prudentiam enim pertinet discernere, & iudicare: iustus, ecce Iustitia: fortis ecce Fortitudo: pater, ecce Temperantia. Hugo Card. hic.

Beati pauperes spiritus &c. Luc. 6. 20. S. Ambrosius dat causam, cur Lucas quatuor tantum assignet Beatitudines: quia contentus, inquit, fuit, quatuor amplecti virtutes Cardinales. Temperantiam in prima: beati pauperes. Iustitiam in secunda: beati qui nunc esuritis scilicet Iustitiam, ut addit Matth. 5. Prudentiam in tertia: beati, qui nunc fletis. Habes, ait Ambrosius, Prudentiam, cuius est flere occidia: & ea, quae aeterna sunt quaerere. Fortitudinem in quarta: beatis eritis, cum vos scierint homines. Cornelius hic.

In hac vita Virtus non est, nisi diligere; quod diligendum est. Id eligere; Prudentia est: nullis inde averti molestis; Fortitudo est: nullis illecebris; Temperantia est: nulla superbia; Iustitia est. S. August. ep. 52.

Si curus est anima; habet equos vel bonos, vel malos. Boni equi virtutes sunt animae; mali equi passiones sunt corporis. Bonus ergo rector malos equos restringit, & revocat; bonos incitat. Boni equi sunt quatuor: Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia. Mali equi iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. S. Ambrosius l. de Isaac, & anima c. 8.

TITULUS XVI.

VITA.

§. I.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri.

De sexto parant, quod inferant. Ex. 16. 5. Sex diebus vite nostrae cibaria comparanda sunt in septimum diem aeternitatis; ut iidem in aeterna quiete coelesti vivamus. Ita Origenes, Rupertus, Cyrillus. Apud Cornelium hic.

De mane usque ad vespem. Job. 4. 20. id est, ab initio vitae usque ad finem. Hugo Card. hic.

Militia est vita hominis super terram. Job 7. 1. Nam, sicut belli tempore, miles nunquam aliquid certi sibi spondere potest, nec in eodem versatur statu; sed modo victoriam refert, modo in fugam compellitur: hodie cadit, cras ab hoste caditur; adeo ut semper arma cum gestare necesse sit: Sic nihil in hac vita habetur stabile, sed omnia fortunae mutationi subiecta sunt: nam, si mane victor fueris, vespere clades timenda, vel excidium: adeo ut nunquam certi aliquid tibi promittere valeas. Beffeus D. 1. Epiph.

De torrente in via bibit. Pl. 109. 7. Sicut torrens pulvialibus aquis collectus redundat, perstrepat, currit; & currendo decurrit, id est, cursum finit: sic est omnis iste cursus mortalitatis humanae. Nascuntur homines, vivunt aliis, moriuntur; rursusque morientibus alii nascuntur, succedunt, accedunt, decedunt. S. Prosper. hic.

Extinguatur lucerna ejus in mediis tenebris. Prov. 20. 20. Lucerna Symbolum est vitae. Sicut enim vita aliter humido radicali, sic lucerna oleo; eoque deficiente languet, & emoriuntur. Cornelius hic.

Aegyptiis lucerna Symbolum vitae erat: quod nihil aliud puram vitam esse, quam ignem humore, vel olei liquore, nutritum. Idem in II. 60. 1.

Jam hyems transit. Cant. 2. 11. Possumus etiam per hyemem vitam presentem intelligere. S. Gregor. hic. Hyems est vita praesens; in qua nos, est jam spes ad superna erigit, adhuc tamen mortalitatis nostrae frigidus torpor alstringit. Idem mor. l. 27. c. 14.

Ecce quasi flamma non grandis. Dan. 2. 31. Quid est aliud

hujusmodi statua, nisi humana figura, sive humana vita? Richardus a S. Victore de erud. hom. inter. l. 1. c. 26.

Ex Novo.

Erat paraesce, quod est ante Sabbatum. Marci 15. 42. Est paraesce nomen Graecum; & interpretatur preparatio. Unde sextam feriam sic appellabant Judaei: quia ea, quae Sabbato erant necessaria, preparabant. Paraesce vitam praesentem significat; in qua necessaria preparati debent vitae futurae. Hugo Card. hic.

Venit in omnem regionem Jordanis. Luc. 3. 3. Congruè circa Jordanem de Judicio sermo ejus est; Jordanis enim dem est, ac fluvius Judicii. Et amoenus quidem fluvius est; sed in mare mortuum defluebat. Egregius typus vitae nostrae: quid illa est nisi Jordanis fluvius amoenus: divitiis, voluptatibus, honoribus, latens. Verum in mare mortuum descendit, in mortis abyssum transiit fluctus; et manet luctus. Marchantius D. 4. adv.

Gravati erant somno. Luc. 9. 32. Somnus est vita praesens, quo gravantur oculi interiores. Ab hoc somno evigilat homo, cum moritur. Et tunc potest videre Majestatem Dei; aetate non, Hugo Card. hic.

In Cana Galilae. Joan. 2. 1. Galilaea interpretatur transmigrationem. Vita ergo praesens Galilaea est; transiit de praesentibus ad futura. Hugo a S. Vict. de 7. hydriis.

Venit mox. Joan. 9. 4. Praesens vita dicitur dies: & mors dicitur nox, vel futurus status: quia dies dicitur ad operationem; noctes ad quietem. Hugo Card. hic.

Per dies quadraginta. Ps. Act. 1. 3. Quadraginta numerus est Symbolum peregrinationis nostrae in hoc Mundo. Hinc quadraginta annis peregrinati sunt filii Israel in deserto: & Christus hic quasi quadraginta diebus peregrinatus fuit; & iis peractis, ascendit in caelum. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Dies Sanctae Quadragimae vitam Saeculi praesentis significat: sicut & dies Paschae aeternam beatitudinem praefigurant. S. Aug. l. 2. in capite jejunii de tempore.

Sicut Quadragimae dies ante Pascha significaverunt laboriosam vitam in hac aeterna mortali: sic illi dies laci significant futuram vitam, ubi erimus cum Domino regnaturi. Idem f. 6. de diversis.

Pelagus est longè, lateque protensum, haec vita: & quemadmodum in mari universo sinus diversi aliis, atque aliis tempestatibus commoventur precipue; sic & in vita nostra fieri videmus. S. Chryso. hom. 82. in Matth. 26.

Mereaturam hanc vitam exilium. Si negotiatus fueris, qualem facies; parva magnis, caduca sempiternis, commutans. Quod si mundanarum tempus tibi fluere sinas, nullum aliud es postea habiturus. S. Gregor. Naz. in sententiis.

Quid hominis vita aliud est, quam rota, quae perpeti rotatu versatur. S. Antiochus hom. 30.

Quadragenerarius numerus typum praesentis Saeculi tenere videtur; dum anni quadripertitis vicibus currunt; & Mundus quatuor partibus terminatur. V. Beda l. 1. in Matth. 1.

Similis est vita nostra ludo scaecorum, ubi bene ludentibus diabolo illuditur. Sicut ergo uno tractu male facti, vel non male facti, vel neglecto, rotius vitae nostrae fructus perditur. Hugo Card. in Ecclesiastes 9.

Vita nostra quasi linea est circumducta (circulus) rediens ad idem punctum: à pulvere enim incipiens, & per defectus naturales quasi circulariter progrediens, ad pulverem revertitur. Blesensis f. 36. in Ded. Cal.

§. II.

Vita brevis, fragilis.

Figura, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Des mei velocius fuerunt Cursor. Job 9. 25. Cursor, licet celeriter currat, tamen temporis aliquantulum, & in dormiendo, & comedendo, consumit: dies autem hominis nullam moram faciunt. Stella in Luc. 1.

Quasi gutta aqua maris deputati sunt. Eccl. 1. 8. Tria hic agnoscit Hugo: breviteratem vitae in gutta, instabilitatem in aqua, amaritudinem in mari. Senfus est: si conferatur gutta maris immensis Oceani aquis, quid erit? sic vita hominis aeternitati. Octavianus hic.

Ecce vincinus pomorum. Amos 8. 1. Vita humana rectè comparatur pomis. 1. Quia sicut poma cito in gemmas erumpunt, crescunt, maturefcunt, carpuntur: ita & homines. 2. Si-

Ex Patribus.

Vita hujus principium mortis exordium est: nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. Cui liquid adjectur spatii temporalis, non ad hoc accedit, ut maneat; sed in hoc transit, ut pereat. S. Ambrosius l. 2. de vocat. gent. c. 8.

Quidquid temporis vivitur, de spatio vivendi demitur; & quotidie fit minus, minisque, quod restat: ut omnino nihil sit aliud tempus vitae hujus; quam cursus ad mortem. S. August. de civit. l. 13. c. 10.

Tempus cuique nostrum proximum est; quia mortales sumus: inter calus ambulamus. Si vitrei essemus, minus casus timeremus. Quid fragillus vase vitreo? & tamen servatur; & durat per saecula. Idem lib. 1. de V. D. secundum Matth.

Sentine, obsecro, quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robustae aetatis, quando senex, factus sis? Quotidie morimur, quotidie commutatur: & tamen aeternus nos esse credimus. Hoc ipsum, quod dicto, scribitur, quod relego, quod emendo; de vita mea tollitur. Quot puncta notarii, tot meorum damnantur temporum. S. Hieron. ep. 3. ad Heliodorum.

Qui dudum infans, subito puer; qui puer, repente juvenis; & usque ad senectutem per spatia mutatur incerta; & ante se senem intelligit, quam juvenem non esse se miratur. S. Hieron. in II. c. 40. 2.

Canos videmus in pueris; capilli deficiunt, antequam crescunt; nec aetas in senectute definit; sed incipit à senectute. Sic in ortu adhuc suo ad finem nativitas prosperat. S. Cyprianus l. ad Demetrium.

§. III.

Vita misera, & arumosa.

Figura, Symbola.

Apparuit elibanus fumans. Gen. 15. 17. Fornacis similitudine exprimi videtur vita humana, quae implicata iniquitatibus saeculi hujus, intus quasi fornax aestuat diversis cupiditatibus; foris velut quodam fumo abtegitur, ne videat veritatis faciem. S. Ambrosius l. 2. de Abrah. cap. 9. in fine.

Jam hyems transit. Cant. 2. 11. Hyems est tempus vitae mortalis; quod, aeternae comparata, rectè hyems imbrifera, & procellosa, nuncupatur; ob ingentes arummarum imbres, quibus tam reprobis, quam Electis comprimitur. De Ponte hic Exh. 17. §. 3.

Verà salix est vita: nam arbor sterilis salix est: à nobis autem dulcis vitae fructus deflavit. S. Gregor. Nyss. or. in funere magni Meletii Ep. Antioch.

Annon haec vita nostra, & res humanae, mare quoddam sunt? Nimirum in ea multum quoque est falluginis, & instabilitatis. Venti sunt tentationes, quae nobis accident, & alii casus inopinati. S. Greg. Naz. or. 13.

Testimonia.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Miserordia motus super eam. Luc. 7. 13. Tam miserum est, nasci tanta felicitate, mori: ut nato de vita compati, denato autem de morte gratulari, possis. Matrem viduam superstitem, ac maestam, non defunctum adolescentem, Christus miseratus fertur ab Evangelista. Dicitur Seneca: stratagemata est natura, homines sine ratione nasci. Nam si ratione inter vitae primordia pollerent, quae possent calamitates futuras praevidere; quis lacrymabilem vitam diligeret? Did. Nyss. f. 5. D. 4. Quad. §. 4.

Et lacrymatus est Jesus. Joan. 11. 35. Vestrae non debent à Salvatoris lacrymis discrepare, si estis Salvatoris amici: qui non pro morte Lazari, sed pro ipsius revocatione ad miserias temporales, planxisset. Blesensis. Lacrymatus est, non tam quod mortuus est, quam quod revocari illum oportebat ad tolerandas rursus hujus vitae miserias. Rupertus hic.

Ista vita in corpore, umbra est vitae, atque imago; non veritas. S. Ambrosius in Pl. 118. l. 3.

Nescio, unde venerim huc? in istam, dico, mortalem vitam: mortalem, dicam, vitam? an mortem vitalem? nescio. S. August. Conf. l. 1. c. 6.

In doloribus vivere, non est vivere. Idem f. 112. de diversis. Nox quidem vita haec dicitur, & morte, temporariae hujus vitae nos admodum, Propterea enim; & Moyses primum quidem suum volumen Genesis in scriptis; Exodi verò secundum nominavit: ut historia figuratè nobis hanc temporariam vitam describeret. Olympiodorus hic.

Haud scio, an haec vita mors potius dicenda sit? ac mors contra vitae nomine appellanda? S. Greg. Naz. Carm. de nat. humana.

Nunc, quemadmodum in utero puellus, sic in Mundo vivimus, multis interclusi angustiis; venturique saeculi nec fulgorem,

Sicut è pomis alia matura; alia immatura, sponte decidunt; alia in arbore putrescunt; alia rubent; alia manu carpuntur; alia baculo, & vi deiciuntur: ita hominum alii in aetate virili, alii in juvenili, naturali morte decedunt; alii in senectute. Hinc Job. 9. 26. dies mei pertransierunt, quae si navas poma portarent. Hae enim naves celeriter aguntur, coeteris: nè poma, quae cito putrescunt, corumpantur, antequam ad portum appellat. 3. Vides arborem florentem, & floribus comptam, immò onutam: ad portum evadit. Antequam enim gemmescant, plurimi vel vento decuti, vel aestu marcescentes decidunt. Ex iis verò, qui gemmescunt, plurimi pariter, antequam maturefcant, similibus casibus in terram corruunt. Ita ex quinquaginta infantibus, qui nascuntur, vix unus in virum evadit: sed alii in infantia, alii in pueritia, alii in adolescentia moriuntur. 4. Inter arbores infirmissima est malus, maximeque quae dulcis est, ait Plinius l. 17. c. 24. Sic inter animalia quid infirmus homine? Cornelius hic.

Vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix. Matth. 17. 2. Nix non est durabilis, modico calore dissolvitur; ita ut nihil amplius de ea reperitur. Ipsa vita nivis instat in aquam resolvitur, ac in terram labitur. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quae non revertitur. 2. Reg. 14. 14. Dum hyeme terra nivibus recta, fulgore suo repercutit oculos; sed mox, ut radio solari resolvitur, terrae permixta lucem facit; & patet, quae suo candore tegerat, sordes: sic durante vita, respelendit fulgor divitiarum. Quid verò remanet, nive corporis resoluta? Putredo, & filius hominis vermis. Job 25. 6. Jonghen ex nupt. agni p. 1. Exh. 33.

Qua est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens; & deinceps extinguitur. Iacobi 4. 15. Hinc & Pl. 77. 33. Ubi nos habemus? defecerunt in vanitate dies eorum; Chald. vertit consumpsi sunt dies vitae vestrae tanquam vapor vis in hyeme. Cornelius in Ecclesiastes 1. 2.

Ex Patribus, & aliis.

In hac germinum specie, & in illo virentis herbae munere, imago est vitae humanae; & naturae, conditionisque nostrae; insigne quoddam spectatur; & speculum elucet. Quae enim firmitudo in carne, quae salubritas potest esse diuturna? Hodie videas adolescentem validum, pubescentis aetatis virentem florentem, grata specie, suavi colore: crassina die tibi, faciem, & ora, mutatus occurrit. Et qui pridie tibi laetissimum decorae formae visus est gratia; alio die miserandum apparet, ægritudinis alicujus infirmitate resolutus. S. Ambrosius hexam. l. 3. c. 7.

Uniusculque hominis vita quanta est? adde quantoslibet annos, due longissimam senectutem: quid est? nonne aura matutina? S. August. Conc. 1. de prima parte Pl. 36.

Vita nostra naviganti similis est. Is namque, qui navigat, stat, sedet, jacet, vadit: quia impulsu navis ducitur. Ita ergo & nos fumus: qui, five vigilantes, five dormientes: five tentes, five loquentes, five ambulantes: five volentes, five nolentes; per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. S. Gregor. l. 6. ep. 26. Andree Scholastico.

Quid, quæro, praesentis vitae incolatus, nisi spiritualis quaedam domus; quo ad commemorandum delegati sumus à Domino? non uno quotidie, & absque intervallo, domus ista consumitur, veterascit; casique propinquat? tot, ut ita dicam, subrahuntur lapides, quot praetereunt dies. S. Laur. Just. de contemptu Mundi c. 17.

Testimonia.

Ex Veteri.

Quot sunt dies annorum vita tua? Gen. 47. 8. De diebus, non annis, uterque loquitur: quia sicut dies faciliè finitur, sic & vita. Alvarez Illust. 187.

Dies mei velocius transierunt. Job 7. 6. Non semper volant aves, non semper cervi currunt; at vita in perpetuo fluxu est. Idem ibidem.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Pl. 38. 6. Nostra vita velut quibudam pugillis, & palmis, mensuratur. S. Chryso. hic.

Generatio praeterit, & generatio advenit. Ecclesiastes. 1. 4. Sapienter Ecclesiastes à nativitate inceptit, & morte, temporariae hujus vitae nos admonuit, Propterea enim; & Moyses primum quidem suum volumen Genesis in scriptis; Exodi verò secundum nominavit: ut historia figuratè nobis hanc temporariam vitam describeret. Olympiodorus hic.

gorem, neque claritatem valentes conpieri, &c. S. Chrysof. Parenti ad Theodor. lapsum.

Nunc quidem in vita non fumus, sed in morte. Idcirco optabat Paulus dicens: quis me liberabit à corpore mortis huius? Rom. 7. 24. S. Basilus in Pl. 33.

Hæc, quæ dicitur vita, non est vita: ubi nec requies à labore, nec securitas est à timore; ubi fraudes, ubi calumniæ. S. Fulgentius f. de Laz. resuscitato.

Terret me vita mea. Namque diligenter discussa, apparet mihi, aut peccatum, aut sterilitas, ferè tota vita mea: &c. si quid fructus, aut aliquo modo corruptum; ut possit, aut non placere, aut displicere Deo. S. Anselmus l. de miseria hominis.

B. Theodorus Studita in variis sermonibus vocat vitam nostram Crucigeram.

Tota hæc vita facta est sibi Parasæve Crucis: illic autem festinus, & splendidus, æternam celebrat gloriam Resurrectionis. B. Petrus Dam. l. 1. ep. 19.

§. IV.

Vita mixta prosperis, & adversis.

Figura, Symbola.

Ex Veteri.

Festis tunicam polychromam. Gen. 37. 3. Sic Deus juveni causam dilectionis, præ reliquis tunicam facit, & induit Religionis. Polymita dicitur, quæ ex filis diversi coloris variata. S. Chrysof. hom. 8. in Matth. Deus mortis læta miscet sanctis; quos nec tribulationes, neque jucunditates, sunt habere perpetuas: sed tum de adversis, tum de prosperis, iustorum ritum, quasi admirabili varietate contextit. Univerfaliter nulla tela texti potest; nisi filis rectè, & transversim, in crucis forma dispositis. Junghen ex Nupt. agni p. 1. Eph. 3.

Committans manus. Gen. 48. 14. Alii legunt: intelligere fecit manus. Nempè sciens, & prudens, Jacob ita decussavit manus; ut minorem primogenito præferret. Sic sæpe Patris, ac Patris, æterni, providentia intelligere facit manus suas; committans eas: nimirum prosperitatem in adversitatem; & e contra. Et tamen occulta sunt nobis ejus consilia; semper manus intelligentes sunt. Doultreman l. 5. c. 2. Sect. 2.

Calix in manu Domini vini mei plenus misto. Pl. 74. 9. Per vinum merum intelligunt Lorinus, & Bellarm. &c. severitatem divinæ justitiæ; per mixtum, temperamentum divinæ misericordiæ: ne semper totum sit misericordia, nec semper justitia; sed inclinetur de una in alteram; prout occasio exigit, & merita hominum. Veruntamen fœx ejus non est exinanita, id est, ultima pars, & gravissima justitiæ vindictivæ; adhuc remanet; & servatur usque ad ultimum diem Judicii; ut explicat Bellarminus. Sylveira in Joan. 16. Vinum merum jucunditas sola; fœx amaritudo summa; mixtum, juncta simul; & permixta, bona, & mala. Merum æterna felicitas; fœx sempiterna infelicitas; mixtum ex prosperis, & adversis, temporalis mutabilitas. Quantumcumque quis in hac vita floreat; necesse est, ut aliquam amaritudinem sentiat: quia calix in manu Domini &c. Item, quantumcumque quis in hac vita dejectur; omnino aliqua quandoque consolatio relevatur: quia calix &c. Si igitur perturbaris, noli desicere, si consolaris, noli securus esse: quia inclinavit ex hoc in hoc.

In die malorum memento bonorum; & die bonorum memor sis malorum: quia inclinavit &c. Ecce video vas ire perflum ex calice Domini, & repletum amaritudine; evacuatur iterum vas ire, & repletur ex eo vas misericordiæ. Richardus à S. Viç. in Pl. 74.

Nigra sum &c. Cant. 1. 4. Per nigrum lugubrem colorem ærumnas intellige. Subdit tamen: Sicut tabernaculum Cedar ad significandum: quod sicut hæc tabernacula mutabilia sunt; ita nigrorem ex adversis, & decorem ex prosperis, variari in hac peregrinatione. De Ponte hic Exh. 22.

Veni manè, & nox &c. If. 21. 12. Unum promittitur ad consolationem; alterum prædicatur ad eruditionem; utrumque ad utilitatem. Acti aperti diceret: sic transiet nox, ut iterum redeat; sic rediet dies, ut iterum recedat. Veni manè, & nox. Si in nocte es, noli desperare; quia venit manè: si in die es, noli confidere; quia venit nox. Manè ergo promittitur; ne laborantes desiciant: nox futura prædicatur, ut cauti fiant. Richardus à S. Viç. l. de Verbo incarnato c. 7.

Similitudo autem vultus eorum &c. Ezech. 1. 10. Dei omnia moderantis quadrigam videns Ezechiel notavit, sub altero jugo hominem, & leonem esse; sub altero vitulum, & aquilam. Ferox dum rugit leo, de vicina hominis humanitate, sub eodem jugo existente temperat. Servitium tolerat durum vitulus: sed illis adstat liberissima ales aquila. Nulibi unum sine altero: servituti assuitur libertas; feritati humanitas. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 10.

Scripta erant in eo lamentationes, & carmen, &c. Ecch. 2. 9. Liber hic totius humanæ vite periodum continebat. Tria in hoc libro scripta: duo tristitia, quæ lacrymas cient; lamentationes, & carmen: unum jucundum; & carmen. Vita peragi non potest sine aliqua læticia. Sed, si sapias, ita gaudio indulge; ut duplitem portionem, lacrymarum, & mæroris injicias. Pinna Ezech. 242.

Daniel erat in foribus regis. Dan. 2. 49. Qui in foribus est, ille nec satis ingreditur, neque planè exit domo. Voluit ergo significare Daniel: quod, licet tam gratiofus regi, in foribus tamen erat, quasi abiturus: quia gratia illa excidere poterat. Habebat, nec habebat, bona: quia nobilitas, & fluxa; non firma Did. Nyll. f. 6. D. 5. Quadr. S. 4.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Supereminavit Zizania. Matth. 13. 25. Semper Zizania in felicitatis in tritico prosperitatis. S. August. in Pl. 93. poterit te convertere ad aliquam voluptatem, ubi spinas non fensuris? In bonorum cupiditatem quantæ sunt spinæ? amores turpes quantas molestias habent! Delectata est Rachel in flore formæ; sed non sine spina sterilitatis: Læta datum est granum fœcunditatis; sed non sine Zizania deformitatis. Et in regnum agris crescent afflictionum Zizania. David, omnium hostium victor, à filio fugit. Rex Balthasar in medio convivio gaudiorum ad unam manum conturbatur. Dan. 5. Paoletti D. in Epiph.

Nonus duodecim sunt hora diei? Joan. 11. 9. Juxta Lyranum, &c. Jesus suam in Judæa ostendit securitatem ex facili rerum humanarum mutatione: quia singulis horis omnia mutantur; nunc adversitas, nunc prosperitas. Bæza t. 2. lib. 8. c. 3. §. 10.

Surrexerat ante floribus immixta teneris sine spinis rosa; & pulcherrimus flos sine ulla fraude vernabat. Postea vitæ fœpse gratiam floribus: tamquam humana præferens speculum vitæ: quod suavitatem perfunditionis suæ finitimus curarum stimulis sæpe compungat. Vallata est enim elegantia vitæ nostræ, & quibusdam sollicitudinibus obstita; ut tristitia adjuncta sit gratia. S. Ambros. hex. l. 3. c. 11.

Donis suis flagella permiscet: ut nobis omne, quod nos in sæculo delectabat, amarefat: illud incendium fergat in animo; quod nos semper ad cœlestem desiderium inquietè excitet: atque, ut ita dicam, delectabiliter mordeat, suaviter cruciet, hilariter contristet. S. Gregor. hom. 16. in Ezech. post initium.

Si vitæ istius cursum veraciter attendimus; nihil in eo firmum, nihil invenimus stabile: sed quemadmodum vitæ modò per aspera prægrit; sic nobis utique in hac vita manentibus, nunc prosperitas, nunc occurrit adversitas. S. Gregor. ep. 51.

Sicut in longo peregrinationis itinere, nunc est pulvis, nunc lutum; nunc serenum, nunc pluvia: ita modò spes, modò timor, modò dolor, modò gaudium, in hac vita. Blesensis ep. 167.

Mundus lactucarum perfimilis est: in quo & oleum solatorum; & acetum, acrimoniaque, adversitatum invenitur. Bessæus Dom. 3. Pafch.

Testimonis, & exempli.

Ex Veteri.

Cumque sol occuberet, sopor irruit super Abraham: dillumquo est ad eum: facta pronasent, quid peregrinum suum sit semen tuum -- & affligent quadringentes annis. -- Et posthæc egredietur cum magna substantia. Gen. 15. 12. 13. 14.

Invenitque Joseph gratiam coram Domino suo. -- Gen. 39. 4. Et introduxit virum Hebræum &c. V. 14.

Tratus est valde, tradiditque Joseph in carcerem &c. V. 20.

David in eadem domo & Saul, & Jonatham habuit. Achior tractus à lictore, & ad arborem ligatus. Judith. 6. 9. sed, ruptis vineulis, ductus in Bethuliam gaudet, cum placet Hebræo. Sic alternis agit fortuna; læta miscet tristibus, spini rosas. Velloho hic.

Rejus dolere miscebatur &c. Prov. 14. 13. Lappones sub rigido septentrione algentes; ut se recreent, convivia instruunt acetis citharædis: in his saltant, tripidant; sed mos in genitibus, & alta suspicia, revoluti in terram corruunt. Cornelius hic.

Defecit gaudium cordis nostri: versus est in lullum choros noster. Thren. 5. 15. In presentiarum, sicut nulla sine miseria plena sunt gaudia; ita sine lætentiæ vix, aut nulla, invenitur canticum. Pafchafus hic.

Ex

Ex Novo.

Plurima autem tuba præceperunt vestimenta sua, &c. Matth. 21. 8. Per quam urbis janam paulò ante asello insidens, populorum vallatus agminibus; palmarum, olivarumque, ramus in manibus gestantium, arque clamantium, Oanna! benedictus &c. perrexit ad templum; per eandem hodie blasphemantibus turbis, tam ignominiosè rejectus, ad Crucis supplicium trahebatur. S. Laur. Just. de triumph. &c. c. 16.

Modicum non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Joan. 16. 16. Christus D. sic se subtrahit, ut iterum redeat: nec enim patitur, ut quis prematur gravibus. Si est molestia ex absentia, erit recreatio ex redeuntis presentia. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Blandiris, nè fatigetur in via: corripis, cædis, ac dirigis; nè aberremus à via. S. August. l. 4. de V. D.

Si semper Deus in istis prosperitatibus faveret nobis, ut omnia nobis abundarent; nullamque in tempore isto mortalitatis nostræ tribulationem, nullas pressuras, angustiasque pateremur: non diceremus, nisi ista esse summa bona, quæ præstat Deus servis suis; & majora ab illo non desiderarem. Ideo autem huic vitæ malè dulci miscet amaritudines tribulationum: ut alia, quæ salubriter dulcis est, requiratur. Id. in Pl. 43.

Apud Deum nihil tantum suave placet, nisi quod in se mordacitatis habet aliquid, & veritatis: Pascha enim Christi cum amaritudinibus manducatur. S. Hieronymus epist. 127. mans. f.

Si tristitia semper acciderent; quis sustineret? si semper prospera, quis non contemneret? sed iterum tanta gubernatrix Sapientia, horum pernicefaria vicissitudine, eo moderamine electus fuis cursum vitæ temporalis alternat; ut nec adversa frangant, nec læta dissolvant: cum potius & ista ex illis graviora, & illa ex his tolerabiliora reddantur. S. Bernardus ep. 136.

Univerforum Deus nostris curam gerens, non semper in adversis nos manere relinquit; ut non opprimatur nostra infirmitas: celeriter, & ipse optulatur, firmans nostram alacritatem, & mentem excitans. Neque semper in prosperitate nos esse relinquit; ut nè stamus negligentiores, & vitiorum parres transugiamus. S. Chrysof. hom. 40. in Gen.

Nota: de quolibet die creationis dicitur: factum est vespere, & manè, dies unus. Gen. 1. Solus autem diei septimioni facit mentionem de vespere; licet, sicut alii, vespèrum haberet. Ut intelligas: quod quamvis in hoc Mundo nobis aliqua requies & gaudium, & voluptas, sit (quæ per manè significatur) nullum tamen est manè, quod suum vespèrum non habeat. Solum illud clarum manè per otium diei septimi significatur: non habebit illum vespèrum, aut finem: nam æternum perdurabit. Diez. Beatitude.

S. V.

Vita proba.

Ex Veteri, & Novo.

Dilectus meus mihi. Cant. 2. 16. Totus vixit, & totus mihi mortuus est: & ego illi similiter tota vivam, & tota moriar. Hugo Card. hic. Anima sancta dicit Christo: Dilectus meus mihi vivit, & ego illi vivo, non mihi. Theodoretus apud Cornelium hic.

Summe citharam. If. 23. 16. Per citharam significatur recta vita. 1. Quantum ad carnis mortificationem; propter choridarum materiam. 2. Quantum ad virtutum connexionem; propter cantus concordantiam. 3. Quantum ad dulcedinem boni operis; propter audientis lætitiã. S. Thom. Aquin. hic.

Appropinquavit regnum cælorum. Matth. 4. 17. Regnum cælorum est, & Christus, & vita virtutibus prædita. Quando enim quis super terram vivit sicut Angeli, nonne cœlestis est? atque ita in unoquoque nostrum est regnum cælorum; si angelicam vitam agimus. Theophylactus hic.

Operet semper oratio. Luc. 18. 1. Nec hoc alter impleri potest in tota nostra vita; nisi ut conversatio talis sit: ut in conspectu Dei oratio deputer. S. Thom. Aquin. in Cant. 4.

Vivo ego, jam non ego. Gal. 2. 20. q. d. ad alia quidem omnia mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo: si quæ verò vult Christi; hæc vivum invenimus, & paratum. S. Bernardus in Cap. jejun. c. 7.

Ex Patribus, & aliis.

Qui bene agendo vivit Deo, hic verè vivit: quia æternam habet vitam. S. Ambros. in Rom. 6.

Hoc est vita vivere; virtute vivere; beatæ vitæ actus habere in istius corporis vita. Idem l. de paradiso c. 9.

Vita justis mortis est imitatio. Idem de bono mortis c. 3. Nec quidquam est aliud bene vivere; quam ea facere, quæ Deo placent. S. August. l. de beata vita.

Tota vita Christiani hominis, secundum Evangelium vivat, crux est, atque martyrium. Idem f. 3. in festo S. Laurentii. Libro de Sanctis.

Faciamus de terra cœlum; monstremus rectè vivendo Gentilibus, quibus bonis carebunt. Nam, quando laudabiliter nos vivere videbunt, faciem regni cœlorum aspicient. Sanct. Chrysof. hom. 44. in Matth. 12.

Probata Christianorum vita majorem apud multos auctoritatem sibi vendicat, quam signa. Siquidem hæc apud imprudentes, & malos homines malum concitant opinionem: vita autem pura etiam ipsum diaboli os majorem in modum obstruere poterit. Idem hom. 6. in 1. Cor. 1.

Omni tuba clarior est per opera virtutum exhibitio: & ipsa luce splendor est munda vita: licet innumeri sint, qui calumniantur. S. Chrysof. hom. 6. in var. loc. Matt.

Sic fatagite: quasi & nostra vita describenda sit; & in sublimi collocanda; ut omnibus conspicua sit. S. Ephrem. epist. ad Joannem Monachum.

Unum hoc ab utroque nostrum agebatur; ut virtutem cohereremus, atque ad futuras spes vitæ nostræ rationes accommodarem, ante mortem à terra migrantes. S. Gregor. Naz. or. 30. in laudem Basilii.

Sic vivamus nobis, ut ad Dei gloriam, proximique profectum, nostra militet vita. Transformamur in singulos communicantes nos omnibus; ita ut illud Apostoli compleatur in nobis: omnibus omnia factus sum. 1. Cor. 9. 22. S. Laur. Just. de triumph. &c.

Nihil aliud est bene vivere: quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere. Idem ligno vitæ de charitate. Uxor est conversatio tua: bona vita, uxor bona: mala vita, uxor mala. Filii tui opera tua. S. Bonav. f. 2. D. 13. Pent.

§. VI.

Vita longæva, vel brevis, moraliter.

Ex Veteri.

In quocumque die comederis ex eo, mortis morieris. Gen. 2. 17. An mox illo die pravariationis mortuus? Vivebat, cum comedit, non Deo, sed sibi. Ergo mortuus est adhuc vivens, non vivens Deo. Castillo Illar. 38.

Vixit Seth centum quinque annis. Gen. 5. 6. Nota: in generatione Seth, quæ est Electorum; & Cain, quæ est reproborum; semper de Electo dicitur: vixit tot annos, & mortuus est; quod de nullo reproborum dicitur: nec de eorum sit mentio, quia fuit prava: & quia præsens eorum vita non fuit vita, sed mors potius. Nec aliquis illorum mortuus esse dicitur: mors enim talium non finita est: sed in perpetuum morientur. Diez. f. 4. d. 2. Quadr.

Mensis iste (quo Dñminus populum ex Ægypto eduxit) vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Ex. 12. 2. Cur Deus anni supputationem ab illo mense, & non à præcedentibus instituit? S. Gaudentius tr. 1. non sunt imputati Israelitis illi dies, quos consumperunt in Ægypto; sed quando ingemuerunt ad Dominum conversi ab operibus duris. Castillo Illar. 38.

Filius unius anni erat Saul &c. 1. Reg. 13. 1. Sic enim erat innocens, quando regnare cepit, sicut filius unius anni est; & in eadem innocentia duobus annis regnasse dicitur. S. Rupertus in 1. Reg. 13. Cur unius anni esse dicitur, cum regnare cepisset? nisi ut ejus innocentia prædicetur. Illo solum tempore nos vixisse gaudeamus, quo innocenter, & humiliter viximus. Nam illa tempora, quæ in sæculi vanitate, & fluxa carnis vita, consumpsimus; quasi perditã minime memorantur. S. Greg. hic.

Dies, quos regnavit Salomon in Jerusalem, super omnem 767. quadraginta anni sunt. 3. Reg. 11. 42. Et tamen Josephus l. 8. antiqu. c. 3. Salomon, inquit, jam admodum senex moritur, exactis regni annis octuaginta. Utrumque conciliat Theodoretus q. 37. in 3. Reg. existimo, hunc quidem simul numerasse omnes illos annos: illum autem, id est, auctorem historiarum Regum, eos solos, quos transegit in pietate, ac vera religione. Mendoza in 1. Reg. 13. 1. annot. 13. Sect. 2.

Mortuus est senex, & plenus dierum. Job 42. 16. Notandum est, quod quidam moriuntur dierum vacui; quidam pleni. Vacuus dierum moritur, qui in vita sua vanitatibus hujus Mundi inserviens, vitæ æternæ merita moriendo secum non detulit. Plenus verò dierum migravit à Sæculo, qui operam virtutibus dedit. Bonum siquidem est bene vivere, sed longe melius bene mori. Blesensis tr. ff. compend. in duo priora capita Job. In Scriptura sacra non facile plenus dierum ponitur, nisi is; cujus per eandem scripturam vita laudatur. Vacuus quippè dierum est; qui, quamlibet multum vixerit,

rit, ætatis suæ temporâ in vanitate consumpsit. S. Gregorius in Job 42.

Dies mei sicut umbra declinaverunt. Pl. 101. 12. Si brevitatem vite suæ exprimere voluit, cur non dixit, sicut fol, qui velocissimè currit? quia non solum brevitatem suæ gloriæ, sed etiam inanitatem, ostendere voluit. S. Bernardus l. 20. in Cant. declinaverunt sicut umbra: quia præterierunt sine fructu, q. d. quidem velocissimè petrastrans; sed egregia virtutis opera post se relinquunt; aurum, gemmas, flores, excolit: ac umbra infructuosa evanescit. Mendoza in 1. Reg. 10. annot. 6. sect. 1.

Consummatus in brevi explevit tempora multa. Sap. 4. 13. id est, tantum meruit illo brevi tempore, quo vixit, quantum aliis multis temporibus vivens. Hugo Card. hic.

Ex Novo, & Patribus, & aliis.

Impletum est tempus parvendi Elisabeb. Luc. 1. 57. Impletum est vite tempus, cum Sancti viri ex hoc vite curriculo demigrarent. Plenitudinem justitiae habet; inanes autem dies sunt impiorum. S. Ambrosius hic.

Triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Joann. 5. 5. Quæ verba si à Philosopho Gentili legerentur, diceret, hoc non rectè scriptum esse: nam anni non possunt haberi. Aristoteles enim dicit: de tempore non habemus, nisi nunc. Sed quis dubitat, rectissimè scriptum esse, quod Spiritu Sancto dictante scriptum est. Infirmitas igitur, ipsum tempus habuisse; & eo quod ex eo commodum, & lucrum, reportarit: quia patientiam habuit in illo longo morbo. Diez Patientia.

Perdit, quod vivit, qui te Deum non diligit. Qui curat vivere non propter te, Domine nihil est, & pro nihilo est. S. August. Manuali c. 4.

Illud agamus in terra, quod transire possit in cælum. Faciamus transiitiones ad Dominum nostrum: ut, quod in peregrinatione colligimus, in patria congregemus: ut de laboribus nostris non in dies, neque in annos; sed in æterna Sæcula gaudeamus. S. Eucherius hom. 2.

Illum tantum diem vixisse te, computa; quem non malitia, non invidia, non superbia contaminavit: quo voluntates proprias abnegasti; quem sine ulla regule transgressione duxisti. Illum diem applica ad vitam, cuius lucrum venit ad animam tuam. B. Celsus Arel. hom. 27.

Sacra Scriptura nos docet, in hoc Sæculo Christiani Fidelibus vitam longam non prodesse, sed bonam. S. Fulgentius ep. 2. ad Gallam.

Non magnum est; imò magis malum est, multis vixisse diebus, & non seaveris virtutibus: cum puer centum annorum mortuus sit Il. 65. 20. & peccator centum annorum maledictus erit. Guarricus f. 3. de Purif. B. V.

S. VII

Vita activa, & Contemplativa.

Figura, Symbola.

Ex Veteri.

Vidit scalam. Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes. Gen. 28. 12. Scalam vidit Jacob per somnium; & in ipsi scali vidit Angelos ascendentes, & descendentes; & lapidem, quem sibi posuerat ad caput, unxit. Audistis, quia Messias Christus est: audistis, quia unctus Christus est. Sic est & Ecclesia. Angeli Dei boni Predicatores prædicantes Christum, hoc est, super Filium hominis ascendunt, & descendunt. Quomodo ascendunt? & quomodo descendunt? Ex uno habemus exemplum. Audi Apostolum Paulum.

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum humi modis usque in tertium cælum. 2. Cor. 12. 2. Ascendentem audistis? descendente audite: eamquam parvulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam. 1. Cor. 3. 1. 2. Ecce descendit, qui ascenderat. Quare, quomodo ascenderit? usque ad tertium cælum. Quare, quomodo descendit? usque ad lac parvulis dandum. S. August. tr. 7. in Joan. 1. 50. Jacob Patriarcha dormiens vidit apertis cælis scalam à cælo in terram; & Angelos ascendentes, & descendentes. Fiat hoc in Ecclesia. Angeli Dei, annuntiatores sunt veritatis: ascendunt, ut videant, in principio erat verbum; & verbum erat apud Deum. Descendant, & videant: quia Verbum Caro factum est. Ascendant, ut erigant magnos; descendant, ut nutrant parvos. Vide ascendente Paulum.

Sapientiam loquuntur inter persellios. Vide descendente: lac vobis potum dedi, non escam. Sancti Augustinus in Psalm. 44. Scalam sibi construxerat spiritualem; cuius cacumen tangebatur cælos; per quam ascensus frequentabat; & descensus: ascendebat utique, contemplanda cælestia; ac meditando divina: descendebat autem, cum, exigente causa, sibi indul-

geret, & proximo. Sancti Latr. Just. serm. in festo S. Hieronymis. Per Angelos designantur Sancti; & quorum est, ascendere ad Deum, & descendere ad proximum. S. Thomas Aqu. hic.

Lia lippis erat oculis; Rachel decora facie & venusto aspectu. Gen. 29. 17. Activa per Liam lippam; contemplativa per Rachel pulchram: cognoscendo enim, & amando Deum pulchrum, efficiuntur pulchri, ait August. tr. 9. in ep. Joann. de Ponte in Cant. 1. 6. Exh. 11. §. 1.

Tegit nervum famoris ejus, & statim emaruit. Genesi 32. 25. Jacob grandi quidem spiritus commodo. Sed, & magno carnis suæ vici detrimento. Denique claudicat is, qui vici. Quomodo claudicat? videlicet uno pede terræ innitens, alteram à terra suspendens, id est, activam vitam pro cura subditorum non omnino relinquens; & Contemplativa pro ejus dulcedine totis viribus inherens. Rupertus lib. 8. cap. 9. in Gen.

Non vocaberis ultra Jacob. Gen. 35. 10. Credit Abulensis, cum ex fortitudine, & victoriis, duo illa nomina sortitum, Jacob, & Israel: luctator scilicet, ac videns Deum. Nam, velut alter Hercules, luctatus est cum plurimis laboribus, cum fratri minis, cum in gratitudine Laban: rursus cum timore fratris, cum angelo tota nocte, cum fœdionibus liberorum apud Sichimitas, cum nece Joseph illata, ut puabat &c. S. Thom. Aqu. Lyran. Abul. inquit: Jacob hic vocatur Israel: quia Deus hic evexit Jacobum; ut, qui huc usque vitam activam egerat contra hostes, & vitia, dimicando; nunc contemplativam agat. Cornelius hic.

Duo Cherubin Ex. 25. 20. quos Moyses ex Deo præcepto fecerat, extensas alas ad contemplandum, & volandum, habebant; sed respicientibus se vultibus mixto. Ità tu, licet sis contemplativus, non ideò vultum à toto avertis; si illi, ut poteris, succurre. Stella in Luc. 8. 42.

Si dormiero, dicam quando resurgam; & rursum expectabo ad vespem. Job 7. 4. Quiescens quippe in vespere contemplationis manè desiderabat; quo surgeret ad actionem: rursumque negotiis fatigatus expectabat vespem libenter, repetens otia contemplationis. S. Bernardus f. de Cantico Ezechie Proph.

Interroga jumenta; & docubunt te: & volatilia cæli; & indicabunt tibi. Job 12. 7. Jumenta significant activos; quia colunt terram: volucres Contemplativos, propter volatum. S. Bonaventura in Pf. 118.

Lætare cæli. Psal. 95. 11. Id est, alii Contemplativi: & exultate terra, id est, simplices activæ vite dediti, ante faciem Domini. Thom. Kemp. conc. 3. de Incarnat. D.

Tempus amplexandi; & tempus lonè fieri ab amplexibus. Eccl. 3. 5. Quia modò actioni, modò debent intendere Contemplationi. S. Bonaventura hic.

Fasciculus myrris. Cant. 1. 12. in activa; & Betrus Cypri. v. 13. in Contemplativa, quæ mentem dulcedine reficit. Qui exercent se in activa, imitantur Christum Crucifixum; qui in Contemplativa. Christum resuscitatum, & gloriosum. De Ponte hic Ex. 7. §. 3.

Et tu pulchra es. Cant. 1. 14. Dicitur bis pulchra, ab operibus vite activæ, & Contemplativæ. Per hanc pulchra coram Deo, cui assistit; per actionem verò hominibus, quibus prodest. Id. ib. Exh. 9.

Leva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant. 2. 6. Leva ejus, sinistra Christi; quæ denotat vitam activam: erit sub capite meo, id est, secundariò intenta; & dextera illius, id est, vita Contemplativa; per quam intendo mihi, amplexabitur me, id est, erit super caput meum: quia erit ad quod primò intendam. S. Thom. Aqu. hic Lect. 1.

Speciosa mea. Cant. 2. 13. Per Contemplationem; amica, cum prædicando, ministrando, consulendo, sponso acquirit lucrum. Id. in Pf. 137.

Quasi palma exaltata sum. Eccl. 24. 18. Egregium charitatis Symbolum palma: in sublime assurgens, dactilis tamen dependentibus onusta: ut quæ Deum intine complectitur, & conversationem suam in cælis habet; ad utilitatem tamen proximorum sese demittit. Cornelius hic.

Qui sunt isti, qui te nubes volant? & quasi columba ad fenestras suas? Il. 60. 8. Acti dicat: Apostoli mei sunt: ipsi volant, nullo quieti otio; sed, impellente Spiritu S. cunctis gentibus pluviam salutatis doctrinæ portantes. Ipsi sunt quasi columbæ simplices; at tamen serpentis prudentiam habentes. Columbæ istæ singule stant ad fenestras suas, id est, exercent, quas acceperunt Spiritus S. gratias divitas; semper prædicando, volantes ut nubes; semper contemplando per illas fenestras suas cælum suspicientes; meditando gementes, gemendo meditantés. S. Rupertus hic.

Manus hominis sub pennis coram. Ezech. 1. 8. Manus hominis sub pennis, est virtus operis sub volatu contemplationis. Quid per manus, nisi activa? & quid per pennas, nisi Contemplativa designatur? S. Greg. hom. 3. hic. Non sunt ipsa vena, sed sensus.

Animula ibant, & revertebantur. Ezech. 1. 14. Ibant ad præ-

predicationem, & revertebantur ad Contemplationem. De Ponte in Cant. 2. Ex. 15. Ibant ad supra; revertebantur ad infra, ut proximos juvarent. Idem in Cant. 6. 9. Eph. 8. §. 3.

Ex Novo.

Impleveram ambas naviculas. Luc. 5. 7. Dux naviculæ, activa, & Contemplativa. Sim. Casl. l. 9. c. 15.

Pedes ejus unguento ungebatur. Luc. 7. 38. Qui Deum diligit cum Magdalena, pedes ungit operibus vite activæ; caput Contemplativæ. De Pontes in Cant. 1. 2. Exh. 32. §. 2.

Osculabatur pedes ejus. Ibidem. Vitam activam, atque Contemplativam, duo labia appellamus. Labium inferius activa vita; labium superius Contemplativa. Sim. Cassan. lib. 8. 40.

Maria optimam partem elegit. Luc. 10. 42. Non ait, totum elegit, sed partem perfectionis, vitam scilicet Contemplativam, ut notat Cajetanus: alteram enim vitam, scilicet activam, Martha relinquunt: ex utraque enim componitur consummata perfectio. Sylveira in Act. 6. 4. In his duabus foribus duas vitas cognoverim, Contemplativam videlicet, & activam; quæ subvenire cupiunt homini agrotanti: mittentes amorem legatum ad Christum omnium Vitam; qui nostra mala impugnaturos advenit. Sim. Cass. l. 5. c. 15.

Oberantur ei partem picis ass, & favum mellis. Luc. 24. 48. Picis assus vita activa contumens nostram humanitatem laborum amnis: favus mellis contemplatio dulcis eloquiorum Dei. Theophylactus q. 11.

Conversus Petrus vidit illum Discipulum. Jo. 21. 20. Quid per Petrum, nisi vita activa? quid per Joannem, nisi vita Contemplativa designatur? Illi dicit, picis: hic super pedes requiescit. Eusebius Emis. in Nat. S. Joan. Evang.

Et pedes ejus. Apoc. 1. 15. Post oculos, ut flammam ignis, Ignitios pedes refert: quia sicut per oculos intelligitur vita Contemplativa; ita & per pedes activa. Et utraque debet esse inflammata amore divini Spiritus. Sylveira hic.

Data sunt mulieri ala sua. Apoc. 12. 14. Hæc ala sunt vita activa, & Contemplativa. Hugo Card. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Dux vite, activa videlicet, & Contemplativa, cum conservantur in mente; quasi duo oculi habentur in facie: dexter namque oculus vita Contemplativa est; sinister activa. S. Gregor. mor. l. 6. c. 17.

Luna, quæ crescit, & minuitur; signat hominem in vita activa, & contemplativa. Quando vacat Contemplationi, tunc summe illuminatur fulgoribus cælestibus; quando verò actioni vacat, tunc minus illuminatur. Et non vivit homo, qui non minuitur, quando se dat actioni: excepto Christo, qui fuit perfectus in actione, & contemplatione. S. Bonav. hexam. f. 20.

Circinus. Lem. Hinc fixus, & inde movetur. Mafenius.

Utramque jungo.

Tibi dixit cor meum: exquisivi te facies me; faciem tuam Domine requiram. Pl. 26. 8. Id est: hæctenus exquisivi te per opera vite activæ, quærens tibi placere, & non aliis, nisi propter te: deinceps autem etiam faciem tuam requiram; intendens, & cognoscere, & faciem per contemplationem intruere. De Ponte in Cant. 1. 12. Exh. 3. §. 1.

Ego ego miro Angelum meum. Malach. 3. 1. Angeli eorum semper vident faciem Patris. Matth. 18. 10. Angelus, id est, missus: mittuntur ad hominum custodiam; & cum hominibus ita morantur, ut simul à respectu Patris non recedant. Escobar t. 5. Proph. Chr. l. 11. Obf. 3.

Totus suus, & totus omnium, erat: ut nec charitas à custodia sui, nec proprietates ab utilitate communi eum impedire, vel retardare in aliquo videretur. Si videres hominem solum, & secum habitantem; putares flos vivere Deo & sibi. Si videres hominem mediis immerium turbis, & implicitum curis; dices, patris natum, non sibi. S. Bernardus in festo. Sancti Michæ.

S. VIII

Vita activa.

Figura.

Jacet paralyticus. Servus Centurionis Math. 8. 6. Activa est vita: quæ pro supernæ vite dextralibus fervire deberet; sed malè se habet, cum paralyticum patitur, quæ dissolutio est membrorum. Nulla major morbo dissolutio, quam non quod decet, sed, quod libet, velle perficere. Sim. Casl. l. 5. c. 12. Sicut lumbi vestri paralytici. Luc. 12. 53. Succincti lumbis sunt, qui activam vitam agunt: cjuimodi enim habitibus

utuntur operarii; quibus & ardentibus candelis, opus est. Opus enim habet vita activa etiam iudicii dono: ut is, qui activam vitam agit; non solum sciat, quod oporteat facere; sed & quomodo. Multi enim bonum quidem fecerunt; sed non bene: non habuerunt ardentes lucernas in manibus, hoc est, non habuerunt rectum iudicium. Theophylactus hic.

Vita activa præferret Contemplativa.

Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est. Prov. 14. 4. Hebr. mundum est, hoc est, ait Vatablus: qui laborat, habet, quod manducet: qui autem otium sectatur, egestatem habet in domo. Bos erat viduina: unde religionis est symbolum, & mortificationis. Salazar verum citatum sic explicat: sicut, qui caret bobus, habet præsepe, id est, stabulum mundum; qui autem boves habet, est stabulum immundum illi sit, gaudet tamen proventu. Sic, qui curam animarum non suscipit, sed sibi totus vacat, achi corrigens eam dicit: quid me invitas ad lectum floridum, qui natus sum ad labores, ærumnas, persecutiones, & pugnas? sum flos, non flos domi clausus, sed foris expositus. Flores in lectulo languunt, & arefcunt; in campo florent, & virefcunt: sic virtutes in pace deflorescunt: & à me lectulus tuus floridus. De Ponte hic Exh. 20. §. 2.

Ego flos campi. Cant. 2. 1. Invitaverat sponsum Cant. 1. c. ult. ad lectum floridum, concinnæ, ac pulchræ, domus requiem; respondit ipse: ego flos campi, achi corrigens eam dicit: quid me invitas ad lectum floridum, qui natus sum ad labores, ærumnas, persecutiones, & pugnas? sum flos, non flos domi clausus, sed foris expositus. Flores in lectulo languunt, & arefcunt; in campo florent, & virefcunt: sic virtutes in pace deflorescunt: & à me lectulus tuus floridus. De Ponte hic Exh. 20. §. 2.

In Jacob inhabitavit; & in Israel hereditavit. Eccl. 24. 13. Jacob luctator dicitur, Israel videns Deum. Pius si Jacob, luctator fortis contra carnis illecebras, contra insidias demonis: deinde hereditaberis in Israel; accipies vult præmium actionum vite activæ, summam Dei contemplationem. Diez Contemplatio.

Melior est iniquitas viri, quam mulier beneficiens. Eccl. 42. 14. Contemplationi addicta anima, fit tibi mulier solum ducens, meditationis claustris addicta. Vir autem, minister Evangelii, ad campum proficiens certaturus. Revertitur hic vulneratus ad claustra. S. Bernardus f. 12. in Cant. objurgat temerariè virum de proelio revertentem mulier nens in domo. Si quis de claustro eum, qui versatur in populo, interdum nimis districtè, minime circumspiciè, sese agere deprehenderit; non ad iudicandum contentum proficiat; sed mementur scriptum: melior est iniquitas viri. Nam tu quidem, in tui custodia vigilans, beneficus; sed, qui juvat multos, & melius facit, & virilios. Quod si imple non sufficit absque aliqua iniquitate, hoc est absque aliqua inæqualitate vite; memento, quia charitas operis multitudine peccatorum. Escobar. t. 1. Par. Chr. l. 1. Sect. 4. Obf. 2. Melior, Deoque gravior, est vir Apostolicus, est in defectu aliquos labatur quam solitarii, vel monialis, sibi soli, Deoque, vacans; ideoque defectuum vite activæ expers. Sicut melior est canis venaticus, qui lepores capit; et si aliquando currendo per fentes pedes cruenret: quam cæculus speciosus, qui heræ suæ finis continetur. Cornelius hic.

S. IX

Vita Contemplativa.

Num. I

Figura.

Ester interpretatur elevata, vel abscondita: & signat animam contemplativam; quam in contemplatione elevat Deus, & abscondit in abscondito faciei suæ à conversatione hominum. S. Bonaventura. Spec. B. V. c. 10.

Per Joannem B. nullum aptius, quam contemplativam virum moraliter accipimus. Hic Joannes manet in deserto non tam materiali, quam spirituali; dum sedet solitarii, & elevat se supra se: qua sublevatione superna super cunctam hanc consusam rerum fluctuantiam, & exundantiam, multitudinem attollitur. Hanc subitus deserit: qua derelicta profectò manet in deserto quodam mentis secretissimo, & abditissimo, solis expertis agnito. Gerfon. Lect. 2. in Marc.

Num. II

Contemplativa præferret activa.

Suburbana autem eorum non veniant. Levit. 25. 34. Hac re significabatur; Levitas præ omnibus debere vacare sibi, & Deo: ideoque subinde secedere extra urbem, & strepitum popu-

populi; & vacare sanctae quieti, solitudini. Quare domos urbanas vendere poterant, sed non suburbanas. Hanc dicant Religiosi, Mariam praeparare Marthae, orationem actioni. Erant qui se studiis, aliique negotiis, ita occupant, ut orationem negligant & Zelatoris Cornelius hic.

Ne fuscetis O. Cant. 2. 7. Qui enim electi cujuslibet mentem, vel in orationibus devotis Deo loquentem, vel in sacris sectionibus divina mandata, sive promissa, meditantem, importunus impeditur; sponfam utique Christi de sopore beato, priusquam ipse velle excitat. V. Beda hic.

Surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis. Jon. 1. 3. id est, in explorationem gaudii, quod significat contemplationem; quam desiderant aliquando multi, quos Dominus mittere vult ad activam. Hugo Card. in Gen. 48.

Maria - sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. O. Luc. 10. 39. Sapidiora confiteris fercula, quae Maria sedens, & audiens accipit; quam quae Martha stagens praeparat, & apponit: in his enim panis hominum; in illis autem erogatur panis angelorum. Hildebertus epist. 37.

Num. III.

Contemplativa juveni Activam.

Immiso Dominus Deus soporem in Adam; cumque abdermisisset, tunc de coelis ejus. Genes. 2. 21. Sancti Augustinus formum hunc extasim fuisse putat: ita dulci divinorum contemplatione illectus sensibus alienatus erat: Tunc Adam Evae ussior, cum contemplationi devotior. Ora, cum Evae vitam infundis: & tunc aptius vivificabis proximum. Tunc Adamus ostendit vitam, cum oratione alatus caelum frequenter. Et enim oratio salutis vena, persuasionis efficacia, reprehensionis energia, omnique externae actionis anima. Ad hoc efficaciter ad proximorum salutem oratio; ut minus possint, & longa jejunia, & praecleara virtutum opera. Naxera in Jos. 15. §. 14.

Dominus praeparabat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis O. Ex. 12. 21. Nubes sic hominibus superior, ut caelo approximeret; nec adeo remota, ut aspectum hominum fugiat. Id. in Jos. 14. §. 6.

Quomodo levavit Moyses manus O. Ex. 17. 11. Moyses typus vitae contemplativae, Jesus activae: quoque haec ab illa dirigi, omnemque suam vim, & victoriam, trahere, & haurire, debeat. Sic enim Josue vires pugnae, & vincendi, hausit ab oratione Moysis. Cornelius hic.

Floris signatus. Cant. 4. 12. Sponsus sponsae puritatem laudans, eam clauso flosi assimilat; utpote quem neque ferarum pes fordidit, neque pulvis perturbet. Hunc ergo fontem, quem adeo sedulo clausum dixerat, jam cunctis floribus, vitis que, amoenos subministrare latices ostendit: sicut hortum, pueri aquarum vocentium, quae fluunt impetu de Libano. V. 15. Contraria sibi sponsum dixisse videtur: si enim sigillo clausus, quomodo jam impetu fluens, & hortorum flores abluens? Immo, ut copiosiores hortus aquas impertiat, prius est signatus, & clausus sigillis. In abdito acquisivit, quos dicitur postea latices plantis omnibus propinat. Naxera tr. de B. V. §. 16.

Erant (Joannes) in desertis. Luc. 1. 80. Quare? & quousque? usque in diem ostensionis suae ad Israel: quatenus interea loqueretur Dominus ad cor ejus in solitudine; revelans, & indicans; quae esset ipse facturus ad Israel, & docturus. Gerson. tr. 11. sup. Magnif.

Reversi sunt pastores. Luc. 2. 20. Scilicet ad custodiam gregis commisit. In quo erudiuntur devoti: ut, post contemplationem Salvatoris, revertantur ad exercitium actionis. *Animalia ibant, & revertebantur.* Ezech. 1. 14. S. Bonav. hic.

Exiit, qui seminavit. Luc. 8. 5. Scilicet de domo ad agrum; hoc est, quiete ad laborem. Idem hic.

Etius rei gratia stello genua mea ad Patrem Deum. N. I. C. ut det vobis O. Epiph. 3. 14. 15. Cur non confugit ad ferrea vincula; & c. conducibilis videbatur dicere: hujus rei gratia carceris tenebras patior, compedes sustineo &c. quam precibus incumbere. S. Chryso. lib. 2. de precat. illine intelligi poterit, quanta fit vis sanctarum precum; quod Paulus per totum terrarum orbem velut alatus discurrens, in carceribus habitans, flagella sustinens, gestans catenam; & vivens in sanguine, & periculis; insuper & demonibus ejiciens, ac mortuos suscitans, morbos abigens: in harum rerum nulla fiducia posuit servandi homines; sed precibus communit orbem: postquam miracula, post excitatos mortuos, ad praecognitionis praesidium accurrat. Naxera in Jos. 15. §. 14.

Ecce in medio throni - agnum - habentem oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Apoc. 5. 6. Quomodo ad terram delegati, & in medio throni? Quia spiritus ibi manent, unde mittuntur. Sic terram peragravit, ut caelo vivat: sic caelo vivunt, ut hominum extirpandis vitis, virtutibusque augendis, inserviant. Idem in Jos. 14. §. 6.

Mulier illa amissa se, & in utero habens, clamabat parvulorum, & cruciabat, ut pariat. Apoc. 12. 2. Hoc ipso tempore aquile alas mutatur, & jam deserta colit; quae inhabitaverat caelum. *Data sunt mulieri als dae O. v. 14.* En anima Pradicatoris, & Zelatoris animarum: mulier videlicet volans & clamans. Clamat, ut serpentis conatus elidat; ut Christum in audientium cordibus pariat: fugit; ne serpentina halitu fascinata haereat. Hugo Card. haec alae sunt vita activa, & Contemplativa. Ita animarum suspirat lucra, ut videatur remotissima habitare deserta: ita incolit deserta, ut animarum studiosissime exambiat lucra, Id. ibi.

§. X.

Propter activam abrumpe Contemplativam.

Ex Veteri.

Dimite me: jam enim ascendit aurora. Gen. 32. 26. Glos. sa angelica. q. d. tempus est, ut ab invisibilibus ad temporalia tractanda descendas. Justus est intermittere studium orationis, & rem curae familiarem. Non enim est grata Deo oratio, quae tunc fit, cum faciendum aliud. Richardus in Cant. 4. Si, propter occupationem utilem, orationem aliquis intermittat, ipsa occupatio vice orationis reputabitur; ut, juxta Apostolum 1. Thess. 5. 17. sine intermissione oret, qui feper bene operatur. Did. Nyls. Pol. Coel. p. 2. lib. 6. c. 7.

Vade, descende cito: peccavit populus tuus. Ex. 32. 7. q. d. meditationem hanc cecelitem desere; ut optius incumbes; & populo, ut ad peccato desinat, suggere. Beffus D. 2. adv.

Nunquid fratres vestri; ibunt ad pugnam; & vos hic sedebitis? Num. 32. 6. In hoc reprehensibilis sunt quidam; qui, dum volunt arcem contemplationis ascendere, volunt quiete; & ad laborem actionis recusant descendere. Et hi designantur per filios Ruben; de quibus dicitur, quod voluerunt ultra Jordanem remanere. S. Bonaventura in Luc. 9. 29.

Surge, propterea, amica mea O. Cant. 2. 10. Surge de strato illo multum tibi amabili: in quo timet curam agere, in psalmis, & orationibus, delectaris. Veni ad impendendam etiam proximis curam salutis. V. Beda hic.

Enge dilectio mi O. Cant. 8. 14. Tanquam bona sponsa optat ad tempus auxilio separari, non ab ejus fide, vel amore; sed ab ejus suavitatis: hoc est, ad contemplationis dulcedine ad tempus cedere; ut post alius jam conversis intendere per impressionem morum, & doctrinae. S. Thom. Aqu. hic Lect. 2.

Ex Novo.

Veni ad Discipulos suos, & invenit eos dormientes. Matth. 26. 40. Nullo responso suscepto, interpolavit orare per modicum: reverfus tamen ad piam, & utilem, actionem: nam venit confortatus Discipulos. Oportet siquidem orationem intermittere pro utilitatibus proximorum; maxime ubi spiritualia bella timentur. Et discretionis insignis est, virtutis actum pro alio actu virtutis intermittere. Sim. Cals. l. 13. in Evang. Sic orabat ad Dominum, ut non oblivisceretur orium suarum: quin imo tunc interrupt orationem; ut rediret ad Discipulos excitandos. S. Bonav. in Luc. 22.

Et reversi sunt pastores O. Vide §. precedenti. *Quid stas aspicientes in caelum?* Act. 1. 11. Cur illos increpat Angelus, cum laudabile sit caelum suspicere? Sancti Athanas. or. in Ascens. quid stas? Mundo miraculum hoc predicare. q. d. fargite, & implete munus vestrum Apostolicum: praedicare Evangelium, & agite de salute hominum. Sylveira hic.

Surge, & descende. Act. 10. 20. Surge ab oratione. Saepo oratio, vitaeque Contemplativa, omittenda ob activam. Sylveira hic.

Et audivi post me vocem magnam. Apoc. 1. 10. Cur ad tergo haec vox exhibita est Joanni? S. Anselmus, Richardus, & Rupertus censent; hoc situ vocis Joannem, qui contemplationis rerum divinarum vacabat, ad humana, puta ad aliorum correctionem, & instructionem, revocari. Cornelius hic.

TITULUS XVII.

VOCATIO DIVINA.

§. I.

Vocationis variae.

Veni de Libano sponsa mea veni O. Cant. 4. 8. Ter dicitur, *veni*. Venit enim sponsa ad Christum; dum in hoc Mundo vivens bona, quae potest, operatur. Venit, quando in hora, mortis anima, ipsa videlicet sponsa, e carne exiit.

Titulus XVII. Vocatio Divina.

tur. Venit tertio, quando in die Judicii ultimi carnem refumit, & cum Christo thalamum coelestem ingreditur. S. Gregorius hic.

Exiit - condere operarios in vineam suam. Matth. 20. 1. Quidam ad pueritia ad operandum opere regni Dei accedunt: & ipsi sunt, qui primo mane conduntur ad vineam. Alii autem in adolescentia veniunt ad Dei culturam: & sunt ipsi, qui hora tertia invitantur. Alii vero viri perfecti: & ipsi sunt, qui in sexta vocantur. Alii autem jam senes adducuntur ad Dei culturam; & ipsi circa nonam vocantur. Alii autem in ipso exitu senes ad plenum: & ipsi sunt, qui circa undecimam vocantur. Origenes tr. 10. hic. Quia ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in juventute, alius in senectute, alius in decrepita etate perducitur; quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur. S. Gregorius hom. 19. in Evang. hic.

Et vidit duns naves stantes secus stagnum O. Luc. 5. 2. Admirare Domini dispensationem, quomodo per propria & familiaria sua, quemque attrahit: sicut magos per stellam; ita & piscatores per pisces. Theophylactus hic.

§. II.

Vocationis divinae efficacia.

Emicet verbum suum, & liquefaciet ea. Pl. 147. 18. Ecce venit illud crystallum Saulus post eadem, & lapidationem Stephani: duritia quadam stupidi in Christum, petit literas a Sacerdotibus, ut undique exhiberet Christianos, anhelans eadem. Durus est ille, & gelidus, contra ignem Dei. Sed, quamquam esset durus, quamquam gelidus; ecce ille, qui emittit verbum suum O. clamavit de caelo fervidus: *Saule! Saul!* quid me persequeris? Una illa voce tanta illa duritia crystalli resoluta est. Act. 9. 4. S. Augusti. hic. Non sunt omnia verba Augustini, sed sensus.

In sanclis Adam trabam esse. Ol. 11. 4. Quando quis invitat alium ad prandium, velle forte, ut non veniat: Sed Deus non ita; imò vni inerat, ut secum maneamus; & invitatus nos utque ad vestium lacerationem; & trahit per subtrahentem temporalium, & morbos. Manasse adversitas convertit. 2. Paral. 33. 12. Prodigium fames revocavit. Luc. 15. 17. 18. Paulum coecitas. Act. 9. 9. Geminianil. p. c. 84.

Prodit - ligatus pedes, & manus, in suis. Joan. 11. 44. Opportune Evangelista hoc perscripsit: quia videlicet consequitur, in illius vocantis voce vim facillimam extitisse; quae illum pariter & vivificavit, & de monumento expulit. Qui, cum esset ligatus manus, & pedes, in suis; nec pedibus, nec manibus prorumpere potuit. Rupertus l. 13. de victoria Verb. c. 18.

§. III.

Vocatione divinae obtemperandum.

Et curruit ad Hebr. 1. Reg. 3. 5. Semel loquitur Deus; & illud sum, secunda non repetit. Job 33. 14. Quia divinae vocis Majestas tanta est; ut timendum sit, ne, si ejus aures aliquando praetereatur, nunquam amplius iteretur: vel saltem, ne, qui priorem Dei vocem misericorditer vocantem non audivit, audiat posterorem terribiliter minantem: ut contigit Nabuchodonosori; quoniam divinae revelationis contemporem divina comminatio petterunt. Dan. 4. 28. Ad primam igitur vocem Samus obedivit; ne aut secunda voce indignus esset; aut pro vocatione minas audiret. Mendoza hic.

Vocabis me, & ego respondebo tibi. Job 14. 15. Vocat Deus. per gratiam visitantem; & respondebit homo per mandatorum impletionem. Rich. a S. Vict. append. in Cant. 6. Vocare Dei, est, nos amando, & eligendo respicere. Respondere autem nostrum est amor illius bonis operibus parcere. S. Greg. mor. l. 11. c. 14.

Vocavi, per Predicatos; & tenuisti: extendi manum meam, per bonorum largitionem; & non fuisti, qui aspiceres. Despectus: omne consilium meum, per internam inspirationem; & increpationes meas neglexisti, vobis factas per flagellationes. Ego quoque in interitu vestro ridebo O. S. Bonaventura. f. 37. D. Septuag. Prov. 1. 24.

Pessulum ostii mei aperui dilectio meo. Cant. 5. 6. Pessulum aperimus; quando, remotis voluptatibus fluxis, cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, solvimus; & sponso pulsanti ad ostium, introitum liberum facimus. S. Gregor. hic.

Ut fugeret a facie Domini. Joan. 1. 3. Disce: eum, qui fugit a facie Dei vocantis, & blandientis, incidere in faciem Dei indignantis, & ulciscientis. Ita Jonas, fugiens Deum vocantem, incidit certum devotum. Cornelius hic.

Vidimus Hellam in oriente O. venimus. Matth. 2. 2. Et tu curaris viso sole in occidente? Sufficit magis ad exitum ultro appetendum natum in caelo sidus; & tibi non satis est; ad

invadendum regnum mortuus in Cruce Sol? O felices Magi! sed d' latro Regibus longe felicio! Tibi indicatur tenebrae, quod lux illis nuntiavit. Sed, quod illi diuturna peregrinatione, & larga effusione donorum, consecuti sunt; tibi vox una impetravit a Verbo. Oliva t. 2. Strom. §. Vidimus stellam ejus.

Mittentes rete, Matth. 4. 18. Major est piscatoribus occupatio, dum retia in mare jaciunt; ac dum extrahunt. Ut ergo dicamus, quod, vocante Deo, omnis occupatio; sive illius adfit finis, sive principium; abrumpenda sit: ideo mittentes retia vocantur. Sylveira hic. Petrus, & Andreas, relictis retibus secuti sunt Redemptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderant; nihil ab eo de proximo aeternae retributionis audierant: & tamen, ad unum Domini precium, hoc, quod possidere videbantur, obditi sunt. Quanta nos ejus miracula videntur; quot flagellis affligimur; quantis minarum asperitatibus detremur; & tamen vocantem sequi contemnimus &c. S. Gregor. hom. in Evang. hic.

Exiit enim ad eum. Marc. 10. 50. Periculosum est, cum Dominus vocat, moras innectere, aut remisse gradi ad optatum, & definitum hominibus bonum. Sim. Cals. l. 5. c. 32. Mittit Discipulos suos, ut in te, sicut in pullo sine federate curis te secularibus solvat; ut paleas & lateres, & Aegypti derelinquens, Moysen sequaris in eremo; & terram reipromissionis introcas. Nemo sit, qui prohibeat; non mater, non foror, non cognata, non germanus: Dominus te necessariam habet. S. Hieron. ep. 22. ad Eustochium.

O anima ingrata! d' viscera dura! usquequo fatigas Dilectum tuum? Pulsat; & ei non vis aperire? Vocat te; & non vis eum audire? Pulsat semel, & iterum; & tu eam expectare, & respectare jubet; modicum, & modicum. Il. 28. 10. 13. Vocat semel; vocat iterum; & tu nihilominus eum expectare jubet; modicum, & modicum. Modicum in uno loco, & modicum in alio; modicum ibi, & modicum ibi. Cogitur igitur Dilectus tuus facere saepe, & multum; quod tu dicis modicum, & modicum. Nam modicum, & modicum, protrahis in longum, & longum; & in hunc modum fraudas amicum tuum & fatigas Dilectum tuum. Rich. a S. Vict. de arca myst. l. 4. c. 13.

Egressus est de domo paterna Bernardus, videns autem Guido primogenitus fratrum suorum Nivardum minimum cum pueris in platea; eja, inquit, frater Nivardus; ad te solum respicit omnis terra possessionis tuae; ad quod puer non pariter: vobis ergo caelum; mihi terra; non ex aequo divisio haec facta est. Pauld post fratres fecutus. Vita S. Bernardi l. 1. c. 3.

Aspectus divinitatis propitius, manus est conversationis humanae. Quam beati effensus omnes si; quam promptam erga nos Dei audientiam legimus, tam prompti ipsi Deum audire vellemus. Salvianus de prov. Div. l. 2.

Vide Inspirationes.

TITULUS XVIII.

VOLUNTAS IN GENERE.

Bona, & mala.

§. I.

Ex Veteri.

Ignemque scientia boni, & mali. Gen. 2. 9. Proprium est voluntatis arbitrium, quod in medio nobis est positum; ad dignoscendum bonum, vel malum. De quo, qui relictus Dei gratia gustaverit, morte morietur. S. Iddorus Ep. hic c. 3. ante finem.

Vocemus puellam, & quarantur ipsius voluntatem. Ep. 24. 57. Ex Hebraeo verti potest: *os ejus inquiramus.* Nam saepe in Scriptura os pro voluntate usurpatur; quod haec per illud enuntiaris solet; & significari. Doultreman lib. 3. cap. 4. Sect. 4.

Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet absque tuo imperio O. Gen. 41. 40. Hoc non immerito videtur Deus dicere voluntati, quod olim dixit Pharao Josepho. S. Franc. Salef. de div. am. l. 1. c. 1.

Omnia, quaeunque voluit, Dominus fecit in caelo, & in terra. Pl. 134. 6. Sed audite causam, cur edicta Dei semper impleantur: *omnia opera ejus vera; & via ejus iudicia.* Dan. 4. 34. Rich. a S. Vict. lib. 2. de erud. hom. inter: ergo idem est ejus voluntas, quod aequitas; & aequitas, quod voluntas.

Omne caput languidum, & omne cor marenis: ad planta pedis O. Il. 1. 5. Caput liberum arbitrium; cor consilium; pes carnalis desiderium. Rich. a S. Vict. de statu inter hom. tr. 1. c. 1.